

AUGUSTINI CONFESSIOINES

ORIGINAL

quid autem erat causae cur graecas litteras oderam, quibus puerulus imbuabar? ne nunc quidem mihi satis exploratum est. adamaveram enim latinas, non quas primi magistri sed quas docent qui grammatici vocantur. nam illas primas, ubi legere et scribere et numerare discitur, non minus onerosas poenalesque habebam quam omnes graecas. unde tamen et hoc nisi de peccato et vanitate vitae, qua caro eram et spiritus ambulans et non revertens?

DISCURSO INDIRETO

Rogabat Augustinus quid esset causae cur graecas litteras, quibus puerulus imbutus fuerat, aversatus fuisset, cum ipso adhuc tempore, ubi scribebat, non satis fuisset sibi exploratum. Adamavisse enim latinas, non quas primi magistri, sed quas docerent qui grammati vocabantur, dixit, quia illas primas, ubi legere et scribere et numerare disceretur, non minus onerosas poenalesque habuisset quam omnes graecas. Unde tamen et hoc fuisset rogabat, nisi de peccato et vanitate vitae, qua caro esset et spiritus ambulans et non revertens?